



Handwritten text on a small label affixed to the spine edge, likely a library or collection mark.



Vier

23.

NUPTIIS,
VIRI

PRAE-NOBILISSIMI, IURIS CONSULTISSIMI
AC DOCTISSIMI,
DOMINI

CHRISTOPHORI
CASPARI TIER-
BACHII,

SYNDICI ET SCHOLARCHAE DE CURIA ET SCHOLA
COTBUSIENSI PRAECLARE MERENTIS,

SPONSI,

ET

LECTISSIMAE ORNATISSIMAEQUE, FOEMINAE

ANNAE SOPHIAE
LOEFFERIAE,
VIDVAE BREDNOVIAE,

SPONSAE,

V. CALENDARVM FEBRVARII A. O. R.

MDCCXXXII.

COENA SOCRATICA CELEBRATIS,

ODE VOTIVA, RVDI MINERVA CONSCRIPTA,

BENE OMINARI VOLVIT,

ERNESTVS FRIDERICVS ZEDELITZIVS
S. COTB. ALVMNVS.

COTBVSH, LITERIS IOHANNIS MICHAELIS KVHNII,

45



Horat. Lib. II. Epist. epist. II.

Ridentur, mala qui componunt carmina: verum
Gaudent scribentes, & se venerantur, & vltro,
Si taceas, laudant, quicquid scripsere, beati.

FAllitur, & mentis melioris lumine demto,
Aeterna ceu nocte laborat,
Castalides gratae gratis cui nempe coluntur,
Vel lanius doctis male praestat:
Fallitur. Vtque probis tandem pietate coruscis,
In coelo licet esse beatis:
Sic quoque, quem lactat mammis perhonesto Camoena,
In mundo foret omnibus amplus,
Scilicet, is tantum gemitus de pectore tollit,
Quem radix Pindi tenet ima;

Ast quibus, ecce datum, transcendere culmina montis, sic
 Hos ebur & fulgens manet aurum.
 Nec doctor magis exornare studebit alumnum,
 Quam studuit semper pia Musa.
 Optime TIERBAGHI: Themidos venerande Sacerdos: 3
 Quod referas nunc praemia iuris
 Frugiferamque vides, misso bene semine, messem:
 Hic tonsoribus & quoque constat.
 Sparta Tibi cessit multo formosa nitore,
 Diua Themis sua Te vocat ora:
 Cum soluis tristis violatos crimine iustos,
 Vel iudex & vincla minaris.
 Tu Pater es, legum Custos, civisque Patronus,
 Ut miseros moerore leuares.
 Dumque leuas querulos, spartae dum feruidus instas,
 Astraeae numen Tibi confert
 Et Martham, forma speciosam, laudeque claram;
 Blandifona quae leniat vlcus
 Voce viri; fraudi curis pro gente timendam:
 Nec durae sortis iuga passam.
 Munera virtutis tandem sic fata coronant
 Sponse probate Deo: stupet acris
 Livor, & ingentes animo vix continet iras.
 At, rumpantur & ilia Codro!
 Non ego mirabor, sis Tu quod honoribus auctus:
 Sed potius pauor, vndique mentem
 Anxietate premens, si non veheris in alta,
 Iam dudum mihi redderet aegram.

Sic iuuat haud liberos primis gustasse labellis
Amplexuque haec fuisse Thaliae.
Quod schola, TIERBACHI, suadens Tibi credit olim
Hoc viret, & fructus feret aeuo.
Salue laeta dies! facias quod pectora nobis,
Et generas hac luce maritum,
Quem non docta cohors solum noua gaudia laudat,
Sed sua Phoebus & ipse professus.
Aurorae facies referat bona tempora sponsae:
Fax nitescat concordia nuptis.
Tum thalamus celebrans uegeto solemnia sponso,
Et festum natale celebrat.



Nur für den Lesesaal

Keine Fernleihe Selb

78 N 17

Entw. Manuskripten

Hm a. 4 m



TH → OL

23.

NUPTIIS,
 VIRI
 PRAE-NOBILISSIMI, IURIS CONSULTISSIMI
 AC DOCTISSIMI,
 DOMINI

STOPHORI
 PARI TIER-
 ACHII,

OLARCHAE DE CURIA ET SCHOLA
 NSI PRAECLARE MERENTIS,
 SPONSI,
 ET
 ORNATISSIMAEQUE, FOEMINAE

E SOPHIAE
 EFFERIAE,
 BREDNOVIAE,

SPONSAE,
 DARVM FEBRVARII A. O. R.
 MDCCXXXII.

SOCRATICA CELEBRATIS,
 VA, RVDI MINERVA CONSCRIPTA;
 ENE OMINARI VOLVIT,
 RIDERICVS ZEDELITZIVS
 COTB. ALVMNVS.

ERIS IOHANNIS MICHAELIS KVHNIL.

